



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Magna Gloria Domus Novissimæ, Plusquam Primæ Aggæi
2. c. v. 10. Sive Ecclesia Nova Celeberrimæ &
Antiquissimæ Abbatia Schwarzacensis Ordinis S.
Benedicti Majori Gloria & Honore Coronata**

Friedrich Karl <Bamberg, Bischof>

Wirceburgi, 1743

Reverendissime Ac Celsissime S. R. I. Princeps, Domine Domine
Clementissime.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64359)

REVERENDISSIME
AC
CELSISSIME
S. R. I. PRINCEPS,
DOMINE DOMINE
CLEMENTISSIME.

Magnam fuisse gloriam templi, quod
Regum Sapientissimus infinitis
penè sumptibus in urbe Hieroso-
lymitana excitavit, nemo est, qui
ignoret. Præterquam enim, quòd amplif-
simum fuisse illud ex sacris paginis intel-
ligamus, tantum etiam eidem splendorem

) (2

addi-

addiderunt hinc lignorum & lapidum, ex
quibus constructum erat, summum pre-
tium, inde artificum ex orbe terrarum uni-
verso Hierosolymam confluentium solertia,
ut artis & orbis miraculis accenseri suo
quodam jure debuerit. Nihilominus
Aggæus Propheta secundum urbis
Hierosolymitanæ templum à Zorobabele
Duce exstructum primo illi Salomonis lon-
gè multumque antepone non veretur, dum
ait: Magna erit gloria Domus novissi-
mæ, plus quàm primæ. Non quidem, quòd
aut amplitudine aut splendore & magnifi-
centia primam domum superare novissima
videatur, sed quòd Servator Mundi suâ
postremam præsentia esset collustraturus.
Quæ cum ita sint, quis est, qui non in ean-
dem nobiscum sententiam concedat, postre-
mam hanc Monasterii Schwartzacensis
Ecclesiam à Januarijo Abbate piæ memo-
ria

riæ recens excitatam splendore & gloriâ longè esse superiorem illis, quas vel Meingaudus Dux Fundator noster munificentissimus, aut Adelbero Episcopus Herbipolensis beneficiorum nobis collatorum magnitudine nulli secundus excitârunt? Certè, ut nihil dicamus de ipsa fabricæ magnificentia, singularis in illam splendor dirivetur necesse est à Te, REVERENDISSIME AC CELSISSIME PRINCEPS FRIDERICE CAROLE, dum eandem pro Tuo in res divinas Zelo planè incredibilem solemni Ecclesiæ ritu consecrare dignaris. Habes enim hoc proprium tibi, ut quemadmodum sol luce omnia, sic Tu omnia gloriâ completes. Gloriâ completes Imperium, quod sapientissimum in Te Principem miratur; gloriâ completes Franconiâ, quæ Ducem veneratur in Te suæ salutis & gloriæ natum; gloriâ completes Eccle-

3

*Ecclesiam nostram, quam quisquis à FRI-
DERICO CAROLO consecratam esse vel
legerit, vel audierit, gloriosam illam pro-
nuntiabit. Pro tanta autem gloriae ma-
gnitudine, quæ à Te REVERENDISSI-
ME AC CELSISSE PRÆSUL no-
stram in Ecclesiam proficiscitur, cùm de-
bitas Tibi grates persolvere minùs valea-
mus, gloriam tibi æternam apprecamur,
præter quam meritis Tuis par est nulla.*

*Devotissimi Abbas & Conventus
Schwartzacens.*